

§. 92. Notandum hîc , cum certum tempus assignabimus, (1) exactè sed non circiter definiri. (2) hoc esse pro mediocribus ingeniis, neque enim tardos subsistere , neque celeres prævenire veto. (3.) non debere aliquem esse assiduum & accubuum. Satis erit & plus satis , si quotidie horæ juri impendantur ad sumum *sex*. Cujus duæ horæ cum Præceptore, si quis est, duæ ruminati, reliquæ duæ lectioni volitanti maximè historicæ impendantur. Lectio autem *Historica*, de qua imposteriorum non amplius dicemus , instituat hoc modo: Historia Universalis studiosè cognoscenda est; deinde Historia nostrorum Temporum, & hæc tempore Curriculi Elementaris, imprimis Historia Religionis hodierna §. 34. 40. & dogmatum §. 36. Imperii, status Rerum-publicarum per orbem hoc tempore. §. 39. Quando vero gradus fiet ad Compendium Librorum Authenticorum, seu tempore Curriculi Exegetici, legatur

tur